



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavrorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi  
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

**Eyschen, Georg von**

**Coloniae, 1656**

§. 246. Inter quas erat Maria Magdalena & Maria Iacobi Minoris & Ioseph  
mater & Salome. v. 40.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45533**

pallorem, ac mortis imaginem, deficere oculos, lacrymis præ ariditate carentes, sacrum dimitti caput, & cuncta denique illius membra, quem operibus non poterant, nutibus, ac signis amorem ostendere:

**O**vos deuotæ mulieres quæ vri iudicij acrimonia viris estis inferiores ita affectuum acrimonia vicissim superatis. Vos estis exemplaria prima Deuoti fæminei sexus, qui eam laudem à vobis acceptam hodieque conseruat, vos bene præiustis, illæ vos sequuntur. Raro in viris tum tenera reperitur deuotio, cur hoc? Dei donum est, quo illum sexum honorare voluit sua gratia, qui viris alia dedit ornamenta.

§. 246. *Inter quas erat Maria Magdalena & Maria Iacobi Minoris & Ioseph mater & Salome. v. 40.*

Hæ præ viris fidem, constantiam, & pietatem in lesa ostendebant, in eo quod spectantibus Iudæis Christi hostibus ausæ fuerint cruci eius altare, & compassionem suam in eum, testari publice ideoque rectè laudantur, & laus earum manet in Ecclesia, ad finem sæculi. Ecce vt non gloriatur omnis caro, rerum conuersus est ordo, viri discipuli fugiunt relicto Domino, discipulæ fæminæ non recedunt à cruce. inter illas erat Maria Magdalena quasi ante signana, siue choraga, quæ liberata per Christum à multis peccatis, actam corporis quam animi sanitati restituta, tanti benefici memor, & grata, indulsè ei adhærebat, & Maria Iacobi Minoris, & Ioseph mater & Salome sorores, considerantes omnia.

**D**omine, illæ mulieres secutæ sunt te vsque ad mortem, mortem autem crucis, tibi firmiter astiterunt compatientes, nec recesserunt à te, quia vnice amabant te, plusquam omnia bona mundi. Pudet me, pudet eum video me fæminis in tuo obsequio languentiosem. Ecce præire debebam & sequor à longe. quomodo compensabo hunc languorem? scio. fauebo eorum gratiæ, laudabo, occasionem dabo, iustitiam fundabo, & operabor vnde earum deuotio alatur.

§. 247. *Et cum esset in Galilæa sequebantur eum. v. 41.*

Amplius in harum Deuotarum fæminarum expatiatur S. Marcus laudem & vitam earum seu formam totam viuendi explicat, vt intelligatur, vnde ista tam constans pietas eis incesserit. Discernit autem omnes Christo Deuotas, in duas classes, vnã celebriorem & magis spiritualiter viuentem, alteram communi pietate contentam. De priore classe duo dicit encomia magna, nimirum, quod eum sequebantur non solum passibus & pedibus, sed magis vitæ modo, quantum poterant æmulari. nimirum